



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessio Doctrinae Saxoniarvm Ecclesiarvm, Scripta
Anno Domini M. D. LI. Vt Synodo Tridentinae Exhiberetvr**

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1554

VD16 C 4808

Qvae Opera Sint Facienda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35345

uid, Solomō, Manasses, Iosias, Nabuchodonosor, & alij innumerabiles duriter castigati sunt. Qua in re hoc tristissimum est, quod in ipsis pœnis multa noua peccata cumulantur: ut in seditione mota contra Dauidem, in dilaceratione regni propter delictum Solomonis. Et de necessitate bene operandi, inquit Dominus: Ni si abundauerit iusticia uestra plus quam Phariseorum, non intrabitis in regnum coelorum. Considerata autem necessitate, quæ multiplex est, sequuntur haec quæstiones: Quæ opera sint facienda: quomodo fieri possint: quomodo placeat Deo: quæ habeant præmia: quod sit discriminem peccatorum, quæ excutiunt Spiritum sanctum, & quæ non excutiunt.

Matt. 9

QVAE OPERA SINT
FACIENDA.

Vult Deus & fidem & opera regi suo uerbo. Ideo tenenda est norma de bonis operibus, interioribus & exterioribus, quæ in istis præceptis Dei continetur, quæ ad nos pertinent, sicut Ezechielis 23. dicitur: In præceptis meis ambulate. Et haec opera interiora & exteriora fiunt cultus Dei,

Ezecl. 23

Dei, cum fiunt in fide, & referuntur ad hunc finem, ut Deus hac obedientia celebretur.

Dictum est aut̄ supr̄a, externam obedientiam seu disciplinam pr̄estare posse et iam non renatos: ut, honeste uiuit Ciceron, & benemeretur de toto genere humano laboribus gubernationis: sed mens plena est dubitationum de prouidentia, nec nouit, nec alloquitur uerum Deum in invocatione, nec nouit promissioes, & semper dubitat, an exaudiatur, pr̄sertim in calamitatibus: in quibus etiam Deo irascitur, cogitat iniuste se affligi, cum fuerit cuius honestus, & utilis Reipublicæ. Tales tenebræ in mente sunt magna peccata, quæ ratio sine luce diuina non satis judicare potest.

Oportet igitur in renatis etiam interiorem obedientiam incoari, ueram Dei agnitionem, timorem Dei, dolores in poenitentia, fiduciam misericordiae propter filium Dei promissæ, inuocationem, spem, dilectionem, læticiam in Deo, & alias uirtutes: & oportet eas referre ad debitum finem, scilicet ut Deo pr̄stetur obedientia.

Hi

Huius cultus non possunt præstari si-
ne luce Euangelij, & sine fide: quos aduer-
sarj, qui uideri uolunt eximij præcones
bonorum operum, nec intelligunt, nec fla-
gitant, cùm omittunt doctrinam de fide,
quæ est fiducia misericordiæ, acquiescens
in filio Dei, quæ est præcipuum opus, &
summus cultus Dei.

De operibus nō mandatis à Deo infra-
dicemus. Et regula tenenda est: Frustra
colunt me mandatis hominum. Sæpe autMatt. 15
in Ecclesia accidit, ut maiori cura seruen-
tur humani ritus, quam præcepta Dei:
imò ut autoritas Pharisaicarum & iniusta-
rum traditionū anteferatur mandatis di-
uinis, ut multis seculis, propter iniustam
& impiam legem de cœlibatu, præceptum
Dei de uera castitate, horribiliter uiola-
tum est. Considerandum est igitur discri-
men legum, de quo rursus infra dicemus.

QVOMODO POSSINT FIERI

BONA OPERA.

Magna est infirmitas hominum: & dia-
bolus est acerrimus hostis, qui odio Dei
grassatur in humanum genus, ac præser-
tim Ecclesiæ Dei conatur dissipare, quan-

D tum